

Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.

Quis post vina gravem militiam, aut pauperem  
crepat?

Quis non te potius, Bacche pater, reque, decens  
Venus:

At, ne quis modici transliat munera Liberi,  
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero  
Debellata; monet Sithoniis non levis Evius:

Cum fas, atque nefas exiguo sine libidinum

Aliter. Quam vino.

Crepat. Queritur, cum dolore commemorat.

Quis non te, &c. Subaudi, crepat. Quis non potius laudat Bacchum? Crepare aliquid, est de illa re loqui cum vehemētorii cupiditate, & affectu, seu doloris, seu latitiæ.

At ne, &c. Verum admonet homines pugna Centauro- rum cum Lapithis, commissā in vino, & ebrietate, ne quis transliat modum in Liberi, seu Bacchi, muneribus fumendis, hoc est, in vino potando; ne quis immodicè bibat, & justo largius.

Lapithis. Lapithæ, & Centaurs, erant populi Thessaliæ; qui, cum Pirithous Hippodamiam duceret, invitati ad epulum, rixam ebrii moverunt, in qua multi utriusque perierunt.

Super mero. Inter vina, & pocula.

Debellata, Pugnata, cōfecta,

Monet, &c. Docet etiam, nos modicè vino utendum esse. Evius, id est, Bacchus, nō levis, hoc est, gravis, noxius, exitialis Sithoniis, Thraciæ populis. Mala per vinum Thracibus importata nos admonent, cavendum esse ab ebrietate.

Evius. Bacchus ita vocatus est à gemina voce Græca, quæ significat, Euge filii, quàm à Jove tum pronunciatam volunt, cum Bacchus in Gigantes rem strenuè gereret, eosque mutatus in leonem, è Cælo detruderet.

Cum fas, &c. Cum illi Sithonii, sive Thracæ, ebrii, & avidi explendarum libidinum, discernunt exiguo sine fas, & nefas, hoc est, ponunt exiguum limitem, & discrimen inter fas, seu quod licitum est, & nefas, seu quod est illicitum; honestum, & turpe confundunt, & exiguo limite utrumque separant.

Ne

Discernunt avidi. Non ego te, candidè Bassareu,

Invitum quatiā, nec variis obstita frondibus  
Sub Divum rapiam: sava tene cum Berecynthio

Non ego te, &c. O Bacche, nō movebo tuas statuas, ac deripiam è suo loco, te invito, ac repugnante.

Bassareu. Est vocativus Græcus, à Bassareus, quod Bacchi est nomen a voce Hebraea, Bassar, quæ vindemiā sonat. Candidus appellatur, id est, liber, sincerus, verax.

Quatiā. Quatere, movere, commovere sacra, ut Torrentius, Turnebus, & alii interpretes notant, est, statuas Deorum è templis proferre, & alia, quibus opus erat in sacrificando. Quatio hic sumitur pro excursio, propero, effero. Terentius ait, quatiā te foras, pro, expellam. Quia verò Bacchantes erant furiosæ feminæ, non placidè movebant, illa sacra, sed cum tumultu, & sæpe calathos, ac cistas, in quibus, ne paterent, obvoluta erant pampinis, & hederæ foliis, humi effundebant. Quod invito certè Baccho, & contra ritum, ac morem sacrorum fiebat. Ego igitur non illas imitabor, id est, non indul-

gebo ebrietati præter modum.

Obstita. Tecta, obducta, plena, subaudi, sacra mysteria.

Sub Divum. Divum, in hac locutione, significat Jovem, seu ærem, cœlum apertum, ac patens. Rapere sub Divum, seu Divum, est in apertum proferre, ostendere, & patefacere.

Tene, &c. Comprime, cohibe: noli me ad furorem, & ebrietatem incitare, pulsando tua cornua, & tympana: quæ tympana, quàm ebrietatem sequitur amor sui cæcus, inanis gloria sublimè caput attollens, & temeritas in prodendis arcanis.

Berecynthio. Simili cornibus, quæ insunt sacerdotibus Cybeles. Cybele colebatur in monte Phrygiæ Berecynthio: in Cybeles autem sacris pulsabantur incondito strepitu gravia cornua, seu tubæ cornæ, à sacerdotibus furiosis. Vide Oden 14. Idem fiebat à Bacchantibus, in Orgiis.

D

Cor-

*Cornu tympana, quæ subsequitur cæcus amor  
sui.*

*Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,  
Arcanique fides prodiga, pellucidior vitro.*

*Vacuum.* Levem, arrogantem, prudentiæ expertem.  
*Plus nimio.* Plus justo.  
*Fides, &c.* Fides arcani prodiga, quæ temerè arca-

num effudit, id est, infidelitas, quæ perspicua est magis quam vitrum, quod res ita non tegit, quin trans illud appareat.

## O D E XVIII.

Mecœnati, qui se apud Horatium cœnare velle dixerat, vini sui tenuitatem bellè excusat.

*vide Ode  
nona*

*Vile potabis modicis Sabinum,  
Cantaris, Gracâ quod ego ipse testâ  
Conditum levi, datus in theatro*

*Sabinum.* Subaudi, vinum. Sabina regio non procul Româ erat, ubi vinum leve, ac vile nascebatur: ubi villam habebat Horatius.

*Cantaris.* Scyphis, poculis minoribus.

*Testâ.* Amphorâ fictili, è Græcia in Italiam cum vino advecta: Samiæ testæ maxime laudabantur: vel, Cumis factâ, quæ Græcorum erat Colonia in Italia.

*Levi.* Præteritum est verbi, *lino.* Solebant Romani suas amphoras oblinere, & inducere pice, vel cerâ in eaque imprimere nomen *Consu-*

lis, & anni, quo vinum indolia, vel amphoras fundebant.

*Datus, &c.* Eo tempore vinum meum condidi in amphoris, quo tibi applausit populus in Theatro. Ita suum vinum argute commendat, ac Mecœnati adulatur. Theatrum autem significat eum locum, ubi sedebant ad spectandum aliquod scenicum spectaculum; erat in semicirculi figuram factum: & è regione visebatur scena, sive locus planus, ac editior, ubi actores versarentur. Cumque vir aliquis populo gratus in thea-

*Cum tibi plausus,*

*Care Mecenas Eques; ut paterni  
Fluminis ripa, simul & jocosa  
Redderet laudes tibi Vaticani*

*Momni imago.*

*Cacubum, & pralo domitam Caleno  
Tu bibes usam; mea nec Falerina  
Temperant vites, neque Formiani  
Pocula colles.*

theatrum accedebat, solebat illi populus plaudere voce, ac manu.

*Eques.* Gaudebat hac appellatione Mecœnis, quæ ipsius modestiam significabat: in Equestri enim ordine constiterat, cum ad altiorum ordinem ascendere facile potuisset.

*Ut. Ita ut.*

*Paterni fluminis.* Tiberis, qui fluit ex Etruria, Mecœnatis patria.

*Jocosa imago.* Echo, quæ laudes tibi à populo plaudente, cum in theatrum subires, Jocari porro videtur Echo, cum extrema verba repetit.

*Vaticani.* Mons Vaticanus

est vicinus Tiberi, & theatro Pompeji.

*Cacubum.* Vinum optimum, a cognomini loco dictum in Campania, propè Romam.

*Domitam.* Pressam, calcitam.

*Caleno.* Cales, seu Calceolanum urbs.

*Falerina.* Falernus ager in Campania Itala est, ubi vites optimæ: Formiæ, ejusdem Italiæ oppidum, vino suo nobile, quod in vicinis collibus erat laudatissimum.

*Temperant.* Implent aquâ tantisper mixtâ. Id est, tu domi tuæ bibes, ut soles, vina generosissima; ego non iis utor domi meæ.



Dicoles

P. O. P. et D. Alaba. D. spond. Dactyl. et spond.

Laudes Apollinis, ac Dianæ

Iānam tenerā dicite virginē

Intonsūm, pueri, dicite Cynthium,

Latōnamque supremo

Dilectam penitus Jovi.

Vos latam fluvio, &amp; venarum comā,

Quæcumque aut gelido prominet Algido,

Nigris aut Erymanthi

Sylvis, aut dividis Cragi;

Vos Tempe totidem tollite laudibus,

Natalemque, mares, Delon Apollinis,

Cynthium. Sic vocatur Apol-

lo, a monte Cyntho, in Delo

inula: intonsus etiam semper

pingebatur, imberbis, ac ju-

veni similis, tum ad venula-

tem, tum quia promissa ce-

saries Solis radios bellè ex-  
primit.

Latōnam. Matrem Dianæ,

&amp; Apollinis.

Latam. Dianam significat,

quæ gaudet sylvis, &amp; amnibus.

Quæcumque, &amp;c. Quæcum-

que coma, quæcumque fron-

des arborum prominent, ger-

mant ex arboribus, ac pro-

deunt, sive in Algido, sive in

Crago, &amp;c.

Algido. Algidus est sylvæ,

&amp; mons, paucis leucis Româ

distans, Dianæ sacer: à frigore

ita vocatur; montes enim ferè

sunt frigidiores.

Arctepiadem

Idem

Pheræanias

Eliconicus

Nigris. Umbrosus, propter

arborum densitatem.

Erymanthi, &amp;c. Eryman-

thus est mons Arcadiæ in Græ-

ciâ; Cragus Lyciæ, in Asia

minori; ambo celebres Poëta-

rum figmentis, &amp; Dianæ sacri-

Tempe. Vallis erat amœnif-

sima in Thessalia, Apollini sa-

cra; quia post occisum Pytho-

nem serpentem, eò secessit, ac

sacrificia piacularia fecit, &amp;c.

Erat ibidem ara eidem Deo

dicata: indidem laureæ co-

ronæ petebantur coronan-

dis victoribus, in Pythiis ludis.

Natalem. Terram nata-

lem; patriam.

Mares. Id est, vos pueri.

Delon. Terminatio est Græ-

ca: pro Delum. Delus est in-

sula Maris Ægæi: Cycladum

(supra Od. 12.) clarissima.

Insignemque pharetrâ,

Fraternaque humerum lyrâ.

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem,

Pestemque à populo, &amp; Principe Casare in

Persas, atque Britannos

Vestirà motus aget prece.

Humerum, &amp;c. Apollinis

humerum laudate, insignem

pharetrâ, &amp; lyrâ, seu, Apolli-

nem pharetram humero ge-

stantem, &amp; lyrâm.

Fraternâ. Quam ipsi Mer-

curius frater, lyræ inventor

&amp; artifex, dedit.

Hic. Apollo à vobis roga-

tus.

Persas. Populum Asiæ,

Romanis infestum. Supra

Od. 2.

Britannos. Angliam, non-

dum à Romanis domitam.

Aget. A populo, &amp; Casare

avertet, convertetque in

hostes Romani nominis;

Persas nempe, &amp; Britan-

nos.

## O D E XIX.

Dicoles

Vir probus ubique tutus.

P. O. P. et D. Alaba. D. spond. Dactyl. et spond.

Niger vita, scelerisque purus,

Non eget Mauri jaculis, nec arcu;

Nec venenatis gravida sagittis,

Fuscæ pharetrâ.

Integer vita. Cujus vita, &amp;

mores integri, &amp; sine crimine

sunt. Græci, &amp; Latini eos imi-

tati, solent genitivos cum ad-

jectivis quibusdam jungere.

Sic dicitur, felix animi, for-

tunatus laboris.

Mauri. Jaculis Maurorum:

inermis esse potest. Legunt

aliqui, Mauris. Mauri populi

sunt Africæ, in mittendis ja-

culis exercitatisimi.

Venenatis. Solebant ferream

sagittæ, &amp; acumen imbucere

veneo.

Gravida. Plenâ refertâ.

Fuscæ. Scribitur hanc Oden ad

Aristum Fuscum, amicum

suum, Poëtam &amp; Oratorem

egregium.

Sive per Syrtis iter aestuosas,  
Sive facturus per inhospitalem  
Caucasum, vel qua loca fabulosus  
Lambit Hydaspes.

Namque me sylvâ lupus in Sabinâ,  
Dum sequor calles dubios, & ultra  
Terminum, curis vagor expeditus,

Fugit inermem:

Quale portentum neque militaris  
Daunia in latis alit esculetis;  
Nec Juba tellus generat, lconum

Arida nutrit.

Syrtes. Sunt aestuaria quaedam in Africâ littore: duæ vulgò numerantur, major, & minor. Igitur potest iter illud intelligi de navigatione, aut, si de terreftri itinere sermone esse velis, accipe litus Syrtibus vicinum.

Aestuosa. Arenosa.

Inhospitalem. Nullis hospitibus habitabilem, ob frigus, & asperitatem cautum.

Caucasum. Est mons Scythiæ, ubi Prometheus religatus fuisse dicitur.

Hydaspes. Indix fluvius, de quo multa fabulosa narrantur; v. g. quod aurum inter arenas volvat. Potest etiam hoc epithetum in bonam partem accipi; fabulosus, de quo multa dici solent, famosus.

Lambit. Alluit, rigat.

Ultra terminum, Ultra si-

nes mihi notos, ac vias tritas; ultra terminum solitæ deambulationis.

Expeditus. Liber ab omni cura, & solutus.

Quale, &c. Qualem lupum, monstri, & portenti similem, neque Daunia (pars est Apuliæ, plena viris bello bonis) in sylvis quercuum plenis nutrire solet; nec Mauritania, in qua Juba regnavit.

Esculetum. Locus esculis frequens. Esculus est species quercus.

Juba. Juba fuit Rex Mauritanix, Pompejanis partibus addictissimus: superato Pompejo sibi necem conscivit: de eo Jul. Cæsar triumphavit.

Arida, Aestuosa, sicca, sola,

Pone me, pigris ubi nulla campis  
Arbor aestiva recreatur aurâ,  
Quod latus mundi nebula, malusque

Jupiter urget:

Pone sub curru nimium propinqui  
Solis in terra domibus negata;  
Sola me virtus dabit usque tutum,  
Sola beatum.

Pigris. Vbi omnia inertis frigore constringuntur, & ne levis quidem aura calidior aspirat.

Latus mundi. Regionem. Sane Zonæ frigidæ sunt ad latera Sphæræ rectæ.

Jupiter malus. Aër inclemens, frigidus, nebulosus.

Urget. Vexat, contrikat.

Sub curru, &c. Sub Zona torrida, ubi Sol hominum vertici velut incumbit; ubi nullæ sunt domus propter gravitatem æstus. Illas tamen terras incolis non carere docet experientia.

Sola me virtus. Vera vox; Ad eam totius Odę sententiæ collineat.

Duo

O D E XX.

Virgilium de Quintilii Vari, poëtæ sibi carissimi, obitu, mœrentem consolatur.

Quis desiderio sit pudor, aut modus  
Tam cari capitis? praecepe lugubres  
Cantus Melpomene, cui liquidam pater  
Vocem, cum citharâ dedit.

Ergo Quintilium perpetuus sopor

Quis, &c. Quis in deſtenda morte tam cari capitis, id est, hominis, modum ſeruet? quem lugere pudeat? Deſiderium propriè eſt, luſtus de alicujus abſentia, vel morte conceptus.

Eusebius mortem hujus Quintilii, qui Cremonensis à patria vocabatur, aſcribit ann. V. C.

Præcipe. Doce me, impetra mihi.

Melpomene. Vna Muſarum, Liquidam. Claram, canoram.

Pater. Jupiter, Muſarum parens.  
Sopor. Somnus æternus, ita mortem Poëtæ appellant:

Urget? cui Pudor, & Iustitia foror  
Incorrupta Fides, nudaque Veritas,

Quando ullum inuenient parem?

Multis ille bonis flebilis occidit;

Nulli flebilior, quam tibi, Virgili:

Tu frustra pius, heu! non ita creditum

Poscis Quintilium Deos.

Quod si Threicio blandius Orpheo

Auditam moderere arboribus fidem;

Non vana redeat sanguis imagini,

Fides. Fidelitas, que precibus

& pretio corrumpti non potest.

Nuda. Sine fudo, doli expertis.

Flebilis. Deplorandus: multi

viri boni debent dolere ejus

mortem; tu præter cæteros; li-

cet ita sua pietate, & lacrymis,

nihil sis illi profuturus, vel

tibi.

Frustra. Quia cum non re-

vocabis ab interitu.

Non ita creditum. Non ita

commisum tibi a Dno, & velu-

ti depositum, ut nunquam re-

peteretur, ut nunquam more-

retur. Scilicet vita nulli pro-

pria datur, ac perpetua: eit in-

stat pecunia: creditæ, quæ red-

denda est arbitrio creditoris.

Poscis Deos. Rogas ut eum

vite, ac tibi reddant.

Quod si, &c. Atque licet

caneres suavius Orpheo Thra-

ciæ vate, quem ipsæ arbores

canentem audierunt, ac secuta

sunt, non tamen reddes vitam

Quam

umbræ inani.

Arboribus. Ab arboribus.

Fidem. Fides; hujus fides,

significat chordam & nervum

citharæ.

Sanguis. Ponebant veteres

vitam in sanguine.

Imagini. Umbræ, siye ani-

mæ suo corpore solute, quam

cogitamus ut formam, & ima-

gniem quandam hominis vi-

ventis, sed tenuem, & vento,

ac fumo similem, & ut ait Ma-

ro, vitam sine corpore. Tria

quædam veteres in homine po-

nebant, corpus, animam, &

imaginem, siye umbram aut

manes. Corpus in tumulum, ac

cineres redibat: anima inter-

dum evolabat in Cælum, in-

terdum ad Inferos deferebatur:

imago, siye umbra, & simula-

erum, semper in Inferis versa-

batur. Vide Cerdanum hac

eruditè explicantem lib. 6.

Æneid. ver. 293.

Quam virgâ semel horridâ

Non lenis precibus fata recludere

Nigro compulerit Mercurius gregi.

Durum; sed levius sit patientia

Quicquid corrigere est nefas.

Virgâ. Capuceo. Vide ban umbrarum, & mortuorū.  
Oden. 9.

Non lenis, &c. Non facile rum quod dico, & quod pa-

exorabilis ad recludenda fata, teris: sed quod mutari non

id est, ad ea solvenda, & resig- potest, patientiâ eit mitigan-

manda, que fatorum lege, ac dum.

decretis vetura clausa, & ob- ferenda.

serata sunt.

Compulerit, &c. Addiderit Est nefas. Non licet: quod

nigro gregi, conjecerit in tur- corrigi non potest.

Alcaica triob DE XXI. Zeharkh  
prim. 2. vers. 11 Senary, Jam. Brachicatalact.  
Musas laudat, & ut Lamiam celebrent, rogat. catalect.  
constraxit

A. ped. æt. lib. M. Usis amicus, tristitiam, & metus  
A. ped. æt. lib. Tradam protervis in mare Creticum  
A. ped. - Rex gelina metuatur ora; - 2. Dactil. et 2. thea.

Musas, &c. Dum ero Mu- Quis sub, &c. Sententia est:  
sis carus, deponam omnem securus, seu, nihil admodum  
tristitiam, & metus meos dabo soll' citus scire, quinquam Rex  
ventis deportandos in mare, in otis septentrionalibus me-  
&c. id est, longe amandabo, tuatur, & quid illud sit, quod  
oblivioni tradam. maximum Tiridati metum in-

Protervis. Improbis, in- cutiat.

quictis.

Creticum. Creta est insula in Mari Mediterraneo, prope Peloponnesum.

Zeharkh est Jam. Dimes, hypercathal.  
Quæ est Dactilium Alcaicæ. Ti.

Quid Tiridatem terreat unice,  
 Securus. O, qua fontibus integris  
 Gaudes, apricos nocte flores,  
 Noctē meo Lamia coronam,  
 Pimpla dulcis: nil sine te mei  
 Profunt honores. Hunc fidibus novis;  
 Hunc Lesbio sacrare pleetro,  
 Teque, tuasque decet sorores.

Tiridatem. Quis ille fuerit, vide Indicem 2. Odarum Chronologicum, ad annum V. C. 731. adi etiam Oden 12. lib. 111.

Gaudes, &c. Quæ amas fontes integros, id est, è quibus nondum quisquam libavit, vel, plenos, & puros. Apricos. Soli expositos: non est umbra floribus.

Lamia. Ælius Lamia nobilis Romanus erat. Vide Oden 12. lib. 3. ubi de illo filiùs agit.

Pimpla. Musa: ita vocabantur Musæ à Pimpla, Græciæ, seu Thraciæ, ut alii volunt, fonte, Musis consecrato.

Sine te, &c. Sine tuo Numine, mei versus, quibus honorem amicis impertio, nihil profunt, vim nullam habent.

Hunc. Lamiam. Ordo est:

deceat te, & tuas sorores, nempe alias Musas, sacrare hunc novis fidibus, & pleetro Lesbio.

Fidibus novis. Lyricis versibus Latinis, quos à se primùm Italis monstratos gloriatur sæpè Horatius: veteres erant, & pridem noti Græcis; novi Romanis.

Lesbio pleetro. Carmine Lyrico Alcaico: ejus enim reperiuntur fuit Alcaeus, oriundus è Lesbo, Ægæi maris insulâ. Pletrum autem est tenue bacillum leviter inflexum, & incurvum, equinâ setâ instructum, quo lyræ chordas tangimus. Vide Oden 1. lib. 2. notâ ultimâ. Apud antiquos erat instar dentati pectinis.

Sacrare. Sacrum reddere, immortalitati consecrare.

)( ( ( ( (

ut in anticed.

Ad sodales convivas, ne inter vina rixentur & pugnent.

Natis in usum latinia scyphis  
 Pugnare, Thracum est: tollite barbarum  
 Morem, verecundumque Bacchum  
 Sanguineis prohibere rixis.  
 Vino, & lucernis Medus acinaces  
 Immane quantum discrepat. Impium  
 Lenite clamorem, sodales, A. Jambos et silab.  
 Et cubito remanere presso. habet

Natis, &c. Convenit tantum barbaris, quales sunt Thracæ, uti scyphis, hoc est, cyathis, & poculis, tanquam armis ad pugnam committendam: nata enim sunt pocula, & instituta ad hilaritatem, non ad bellum.

Verecundum. Modestum, alienum ab rixa, & tumultu; modicè fumendum.

Prohibete. Defendite, vel per hypallagen, Prohibete rixas, & removete à Baccho verecundo.

Vino, &c. Mirum quantum est discrimen inter vinum, & enses Medorum recurvos, inter convivium, & certamen: non bene ista conveniunt inter se,

Lucernis. Bibebant, epulabanturque ferme noctu, & accensis lucernis.

Acinaces. Gladius incurvus, & latior: eo utebantur Persæ, & Medi.

Immane, &c. Incredibile dictu est quantum discrepet.

Presso. Id est, demisso, depresso, non erecto ad ictus, & rixam, non sublato. Jacebant in lectulis Romani cum accumberent mensæ, & laevo cubito, ac sinistra manu nitabantur, caputque sustentabant; alterâ manu cibos ori admovebant. Igitur presso cubito remanere, est, quietè ad mensam accumbere, non stare, non expedire manus, ut fit in rixa,

Bicolio

O D E XXIII

Dithyphus

Archytas Tarentinus, cujus cadaver insepultum nauta quidam in litore deprehenderat, fingitur cum eo loqui, & illum rogare, ut sibi terram injiciat.

*Ex anthe* TE maris, & terra, numeroq; carentis arena  
*Daotli ca* Mensorem cohibent, Archyta, A. pla. vel Daot  
*Helmanis* Pulveris exigui prope litus parva Matinum  
*Chameth* Munera: nec quicquam tibi prodest  
 Aërias tentasse domus, animoque rotundum  
 Percurrisse polum morituro!

Occidit & Pelopis genitor, conviva Deorum,

Te maris, &c. Sunt hæc verba nautæ quasi subsistentis ad aspectum cadaveris Archytæ, & præ commiseratione exclamantis.

Mensorem, &c. Sic Geometram vocat, cujus est terram, maria, & littora metiri.

Cohibent, &c. Negatur sepultura: munus prohibet ne Stygem transmittas: insepulti enim in Charontis cymbam non admittentur. Vel: ante, qui terram omnem ingenio, & scientiâ veluti complexus eras, continere poteris, & includere angustum sepulchrum? quo sepulchro, tanquam summo beneficio, licet parvi sumptus, donandus es? tu ne etiam, ut ceteri, mortuus jaces, & injiciendam cadaveri tuo terram expectas?

ODE

Archyta. Fuit Archytas patria Tarentinus, celeberrimus Philosophus & Mathematicus. Quamvis autem ille ante hæc Oden ab Horatio scriptam tribus ferè jam sæculis obisset, fingi tamen ab Horatio potuit nauta ejusdem, quo vixit Archytas, temporis hæc dixisse.

Matinum. Matina est regio, & ora Italiæ, ad mare; sic dicta à Matino monte, Calabria vicino.

Aërias, &c. Cælum quasi penetrasse mente.

Morituro. Siquidem eras moriturus.

Occidit, &c. Respondere fingitur iste Archytas. Noli, bone, mirari, quod mortuus sum: mortuus est ipse Pelopis genitor, Tantalus, qui Deos convivio exceperat; mortuus Titho-

II.

Tithonusque remorus in auras,  
 Et Jovis arcanis Minos admissus; hæbentque  
 Tartara Panthoiden iterum Orco  
 Demissum; quamvis clypeo Trojana reflexo  
 Tempora testatus, nihil ultra  
 Nervos, atque cutem mori concesserat atri;  
 Judice te, non sordidus auctor

Tithonus. Auroræ maritus, qui uxoris arte vitæ longissimâ vixit, ac demum senio exsiccat, in vaporem tenuem evanuit; ut hic indicat Horatius iis verbis: remorus in auras; vel, ut alii fabulantur, in cicadâ mutatus est.

Minos. Cretæ Rex fuit, ac Jovis filius, cum quo interdum colloqui, & ab eo arcana multa discere putabatur, ab eodè iudex Inferorû creatus, ob summam aequitatè, & severitatè.

Panthoiden. Pythagoram, olim Panthoi filium, ut ipse dicebat: licet enim Mnesarchi filius esset, tamen narrabat se annis, antequàm esset Pythagoras, ferè 700. fuisse Euphorbû Panthoi filium, qui Trojano in bello perierat: idque ut probaret, reflexerat, id est, detraxerat è templo Junonis Argivæ clypeum, què Menelaus Euphorbo à se interfecto ereptum in eo fixerat, ac suspenderat, & quem à se, tunc Euphorbo, gestatum Trojani belli temporibus idem Pythagoras agnosce-

bat. Ordo igitur est; quamvis detracto è poste templi clypeo Euphorbi, testatus se Trojani belli temporibus Euphorbum fuisse, nihil dederat morti præter corpus. Lege Ovid. lib. 15. Metamorph.

Iterum. Nempe primò cura esset Euphorbus, secundo cum esset Pythagoras.

Orco demissum. Mortuum. Pars inferorum piis destinata erat: Elysios campos vocabant pars impiis; Tartarus dicebatur.

Nihil ultra, &c. Corpore solo mortuus veluti erat, animâ superstitè; & in aliud corpus transente; què opinio Pythagoræ, & famosa Metempsychosis erat.

Judicate, &c. Tu ipse non ignoras illum Pythagoram non contemnendum, id est, optimum auctorem, seu magistrum Philosophiæ, quæ rerum naturalium veritatè indagat. Tam celebris enim fama Pythagoræ, & doctrina erat, ut hoc sci-

re

*Natura, verique. Sed omnes una manet nox;*  
*Et calcanda semel via lethi.*  
*Dant alios Furia torvo spectacula Marti:*  
*Exitio est avidis mare nautis:*  
*Missa senum, ac juvenum densantur funera: nullum*  
*Sæva caput Proserpina fugit.*  
*Me quoque devexi rapidus comes Orionis*  
*Illyciis Notus obruit undis.*  
*At tu, nauta, vaga ne parce malignus arena*  
*Osisibus, & capiti inhumato*  
*Particulam dare. Sic, quodcumq; minabitur Eurvs*  
*Fluctibus Hesperii, Venusina*  
*tus ejus comes dicitur.*  
*Illyciis. Illyria, seu Dal-*  
*matia, est regio opposita Ita-*  
*liæ Orientali.*  
*Vaga. Quæ huc, & illuc*  
*volvitur.*  
*Parce. Ne omitte.*  
*Malignus. Avarus, parcus.*  
*Dare. Ingerere.*  
*Sic, &c. Particula ista pre-*  
*cantis est. Ita faxint Superi,*  
*inquit Archytas, ut quam-*  
*cumque procellam Eurvs*  
*Orientalis ventus, minabitur*  
*se excitaturum in mari Ita-*  
*lo, ea procella omnis reci-*  
*dat, ac detonet in sylvas Venu-*  
*sinas, te salvo, ac tuis navi-*  
*bus.*  
*Hesperii. Italia vocata*  
*est Helperia magna, à quo-*  
*dam Hespero. Vide Oden. 3.*  
*Venusina. Venusium est ci-*  
*vitas Apulia.*

Ple.

*Plestantur silva, te sospite: multa que merces,*  
*Unde potest, tibi desuat a quo*  
*Ab Jove, Neptunoque sacri custode Tarenti.*  
*Negligis immeritis nocitur am*  
*Postmodo te natis fraudem committere? forsan*  
*Debita jura, vicesque superba,*  
*Te maneat ipsum: precibus non linquar inultis,*  
*Teque piacula nulla resolvent.*  
*Quanquam festinas, non est mora longa; licebit*  
*Injeto ter pulvere curras.*

*Merces. Lucrum; laboris* tus, & suo ipse exemplo pu-  
*fructus, & industriæ.* niatur.

*Vade potest. Quacumque ex* Vices superba. Pœna facino-  
*causa tibi evenire poterit.* ri superbo, & crudeli vicissim  
*Aquo. Favente.* debita.

*Custode. Patrono: tibi cole-* Precibus, &c. Eveniet illud  
*batur; est autem Tarentum ci-* quod imprecor; me Superi ul-  
*vitas Italiae, in Calabria.* ciscitur.

*Negligis, &c. An tu id non* Piacula, &c. Nulla sacrifi-  
*curas quod ego te oro? negli-* cia impediunt quominus luas  
*gis arenam injicere meo cor-* pœnam; eâ te non solvent, ac  
*pori? non vereris fraudem, id* liberabunt. Piaculum signifi-  
*est, flagitium committere,* cat crimen, & sacrificium  
*quod ex te natis, hoc est, tuis* etiam, quod fit ad illud ex-  
*filii, postmodo, id est, longo* piandum.  
*post intervallo, putas nocitur-*  
*um, non tibi?*

*Forсан, &c. Fortasse tu ipse* Licet, &c. Poteris navi-  
*solves præmia isti tuæ crudeli-* gationem institutam absolve-  
*tati jure debita, pœnas tuis* re; & quamvis festinas, id te  
*istis superbis factis dignas: fiet* non diu morabitur, si ter pul-  
*ut vicissim ab aliis inspektus* verem meo cadaveri injeceris.  
*superbè negligaris, ut nunc* Erat autem numerus ternarius  
*me negligis. Jura vocat debi-* facer, & in hac ceremonia,  
*ta: quia jus est ut ita cuique* injiciendæ mortuis terræ, so-  
*eveniat, uti de aliis est meri-* litus adhiberi. Vide Cerdanû,  
*ritur.* palmarîum illum Virgillii inter-  
*pretem, in lib. 6. Aeneid. vers.*  
*266.*

ODE



Q. HORATII FLACCI  
Ulcerae Pindori Tetrastichon  
O D E XXIV.

Miratur, & irridet Iccium quemdam, e Philo-  
sopho militem factum.

*Primi 2. versu*  
Cei, beatis nunc Arabum invades  
Gazis, & acnem militiam paras  
Non ante devictis Sabae  
Regibus, horribilique Medo  
Nectis cavenas! Qua tibi virginum,  
Sponso necato, barbara serviet?  
Puer quis ex aula capillis  
Ad cyathum statuetur unctis,  
Ductus sagittas tendere Sericas  
Accu paterno? Quis neget arduis  
Pronis relabi posse rivos

*2. versu*  
Mantibus, & Tiberim reverti  
Arabum. Est Arabia regio  
Asiae, ad mare rubrum: ejus  
pars remotior, quae Sabae vo-  
catur, nondum domita fuerat  
a Romanis: itaque anno V. C.  
730. e. cum exercitu profes-  
situm secutus est.  
Gazis, &c. Opibus. Gazi  
nomen est Persicum: unctis  
hostium spoliis.  
Horribili. Feroci, bellicoso.  
Medo. Lege finem od. 2. non  
serviet. Captivas mulieres  
sibi famulas jubebant esse.  
Ex aula. Medorum, aut  
Arabum.  
Ad cyathum. Ut vina tibi  
in poculum fundat.  
Unctis. Delibutis odora-

quis est Dactylicus Ulcerae constat  
duos Dactylis et duos Choris

Cum tu coemptos undique nobiles  
Libros Panati, Socraticam & domum,  
Mutare locis Iberis,  
Pollicitus meliora, tendis?

*Panati.* Fuit Panætius Stoi-  
cus Philosophus celeberrimus,  
Scipionis, & Lallii præceptor.  
*Domum.* Familiam, scho-  
lam, Philosophos à Socrate  
derivatos; eorum libros intel-  
ligit. Socrates porro fuit Athe-  
niensis Philosophus, Platonis

*Magister.*  
*Iberis.* In Hispania fabrica-  
tis, ubi ferrum præstant.  
*Meliora.* Qui te melioribus  
studiis addixeras, nempe Phi-  
losophiæ.  
*Tendis.* Cogitas, paras.

Dicōlo O D E XXV. Tetrastichon

Rogat Venerem, ut sacrificanti Glyceræ adde-

*O* Venus, Regina Cnidi, Paphique,  
Sperne dilectam Cypron, & vocantia  
Thure te multo Glyceræ decoram

*2. ped.* — Transfer in adem.  
*Dact. et* — Fervidas tecum puer, & solutis  
*Spond.* — Gratia zonis, properenque Nympha,  
Ne parum comis sine te Juventas,  
Mercuriusque.

*Cnidi.* Et urbs Asiae, ubi  
Venus colebatur, in Cypro  
insula, ut & Paphus.  
*Sperne, &c.* Desere; & veni  
in sacellum elegans, seu do-  
mum Glyceræ te vocantis  
multo thure incenso.  
*Gratia.* Pingebantur veste  
disiecta. Vide Od. 4.

*Comis.* Hilaris.  
*Juventas.* Dea prætes ju-  
ventutis. Hebe vocabatur uxor  
Herculis.  
*Mercurius.* Deus est elo-  
quentiæ: ponitur in comitatu  
Veneris, quia nihil est elo-  
quentius amore.

\*)\*)\*)\*)\*)

Vaphicum constat ex 5. pedibus  
Chorocho Spondeo dactyle et duos Choris